



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Omni vitæ cursu Virgo Deipara filio familiariter proxima, ejusque eximia  
erga Christum charitas, cap. 9

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

illum dignè sumendum : etenim, vt ipsa Virgo in suo Cantico monuit : *Esurientes implens bonis*, vt sic ex eo repromissum fructum reportemus. & vt verbis vtar Leonis ser. 20. de Pat. *In id quod sumimus transsumus*. Quare meritò Chrysofomus in sua Liturgia ante sumptione Eucharistia, huius Virginis opem implorat, vt dignè communicet: hæc enim verba in quadã oratione recitanda præscribit : *Et intercessione immaculate Domina nostra Deipara, & semper Virginis Maria dignum me fac, vt sine condemnatione accipiam immaculatum tuum donum in remissionem peccatorum in vitam æternam*. ita Chrysofomus.

Leo.  
Chrysof.

Qui comman-  
cant  
Virgines  
deuotione  
in se exci-  
tant, quan-  
tumq; Vir-  
gin. de  
beant.

Genf. 41.

24. Qui igitur erga Virginem peculiari amo-  
re flagrant ad excitandum & acuendum ex  
hac enim parte erga Virginem deuotionis ten-  
sum, cum ad sanctissimam Eucharistiam per-  
cipiendam accedunt, cogitent in Christi cor-  
pore quod sumunt esse substantiam illam, quæ  
fuerat Virginis, ex qua Christi corpus forma-  
tum, & postea ex eiuſdem Virginis substantia  
auctum, quam diu ianguine in vtero Matris,  
quandiu eam post natiuitatem matris lacte  
nutritum fuit, quæ substantia olim Virginis,  
nunc hypostaticè est vnita Verbo Dei; & sic  
etiam Virgini gratias agant, ex qua tantorum  
honorum vberitas ad nos emanauit. Sic enim  
Iosephum filium Iacob Patriarchæ Genes.  
41. vt triticum huic vitæ mortali pernecessarium  
in futurum sterilitatis septennium con-  
seruandum curaret Pharaon in tantam digni-  
tatem euexit, vt supra omnes eum constituerit,  
eiusque suum anulum, stolam byſſinam,  
& torquem aureum dederit, atque super cur-  
rum suum secundum ascendere fecerit, cla-  
mante præcone, vt omnes coram eo genu fle-  
sterent, & præpositum esse scirent vniuersæ  
terre Ægypti: nec quicquam abique Ioseph  
imperio fieri voluent, eumque lingua Ægypti-  
aca Saluatorem mundi appellãnt, quando  
magis Deiparæ debet vniuersus orbis, quæ  
panem vitæ: qui de cælo descendit, quo à  
morte æterna liberamur, non in solùm septen-  
nium, sed in omnem ætatem: nec vni tantùm  
Ægypto, sed nationibus omnibus in Ecclesia,  
& perpetuò permanſurum ex suis sanctissimis  
visceribus concepit, & lacte postea nutrit,  
vt meritò Deus eam de mundo optimè me-  
ritam in tantam sublimi dignitatem, vt  
vni Deo sit secunda, Deamnamque mundi &  
dispensatricem diuinarum gratiarum eam

constituerit. Quare B. Laurentius Iustinianus  
sermone de Natiuitat. Virgin. agens de sanctis-  
simo Christi corpore, quod in Eucharistia  
Sacramento nobis proponitur: *Hoc*, inquit,  
*Manna quod in vtero Maria repositum, ubiq;  
expositum, a quo appositum est, frequenter vtere  
ad salutem: vteri huius venerare pudicitiam,  
& arca huius mystica gratiam contemplare; qua  
talis excepti munus, talemque genuit prolem, qua  
te corporis sui manna resceret, inebriaret  
cruore, passione redimeret morie saluaret.* hæc  
ille.

B. Laur. Iustinian.  
Exod. 16.

IN OMNI VITÆ CVRSV VIR-  
go Deipara filio familiariter proxima,  
cumq; eximia erga Chri-  
stum chari-  
tas.

CAP. IX.

DE secunda porro vicinitate, quæ Dei-  
paræ in conuictu, seu conuersione  
cum filio intercessit, multa, eaque  
pælarata dici possent, quis enim non videt ad  
Virginis sanctitatem augendam, eiuſdemque  
dignitatem nobis declarandam, non parum  
contulisse eius intimum, ac familiarem cum  
Christo Dei, suoque pariter filio tot anno-  
rum conuictum in eadem domo, in eadem  
mensa, in suauissimis, crebrisque colloquijs?  
vt non immento Franciscus Mayo in sermo-  
ne de creatione animæ Virginis dixerit ei con-  
uenire illud Sap. 8. *Generositate eius glorifi-  
cat consubernium habens Dei; loco enim vo-  
cis, contubernium, græcè habetur *συμβιωσις*,  
quod idem est, quod conuictus; ac si diceret,  
ipsa habens contubernium, & conuictum cum  
Deo hoc celebrat tanquam veram generosita-  
tem.*

Y  
Virginis  
cum filio  
conuersatio.

Mayo.  
Sap. 8.

De hoc Bernardus homil. 1. super Missus  
est: *Maria, inquit, Matrem se agnoscent, Ma-  
ritatem illam, cui Angeli cum reuerentia orant,  
cum fiducia suum nuncupat filium, dicens fili quis  
fecisti nobis hoc? & mox: Et erat subditus illis, quis  
quibus? Deus, cui Angeli subditi sunt, cui princi-  
patus, & potestates obediunt, subditus erat: Maria;  
nec tantum Maria, sed etiam Iosepho propter  
Mariam. Mirare sive filio benignissimam dig-  
nitatem: vtrinque stupor, vtrinque miracu-  
lum & quod Deus scemina obtemperet, humilitas*  
sine

Bernard.  
Luc. 2.

*sine exemplo; & quod Deo sœmina principetur, sublimitas sine socio. sic ex Bernardo. Quo etiam spectasse videtur Ildefonsus sermone 1. de Assumptione, ubi cum plurima, quæ Deipara Christo exhibuit obsequia, numerasset; subiicit: Ergo qui cuncta pascit, cœlestia, & terrestria simul regit, hunc sacratissima Virgo lacte carnis aluit, & nutriuit: ad cuius deinde nutum vniversi reguntur, sub eius disciplina, vel arbitrio infans Deus versatur. & mox:*

**Luc. 2.** *B. Virgo gladio passionis Christi vulnerata est in anima. O sanctissima omnium sœminarum, quæ cum Deo tale, tantumq; consubernium habuit in terris, & ecce hodie exaltatur apud eum, quem genuit, ut permaneat sine fine gloriosa in cœlis. ita Ildefonsus Et Epiphanius hæc. 78. Erat, inquit, Maria affectatrix lesu cum ipso semper existeret. Augustinus item lib. de Assumptione: Abiq; dubio, inquit, omni opere ministratrix extitit, quæ hunc in utero gessit, paritq; profuam aluit, & fovit, in præsepio reclinauit, & à facie Herodis in Aegyptum fugiens abscondit, & omnem infantiam eius matris affectu ita prosequuta est, ut usq; ad crucem, in qua filium iam virum perfectum vidit pendentem, ab eius indubitanter misterio non recesserit, consequuta non solum gressibus pedum, tanquam pro amore filij, verum etiam imitatione morum, tanquam pro reuerentia Dei. Maria ergo ministra Christi spiritualium operum qualitatibus, sicut deuotissima extitit, ita absque dubio religionis fide, & vera creatulitate charitate secutrix fuit, ita Augustinus.*

**Bernard.** *Bernardus sermone Signum magnum: Toties Maria filium audiuit non modo turbis loquentem in parabolis, sed & discipulis seorsim Regni Dei mysteria reuelantem: vidit miracula facientem, vidit deinde in cruce pendentem: vidit exspirantem, vidit resurgentem, vidit ascendentem. Idem etiam tomo. 2. in sermone de B. Virgine. Maria Virgo, inquit, sanctissima, quæ Saluatorem genuit, peperit, & aluit, quæ iugiter eius ahastrati lateri, quæ comes indiudivua nullo serd absuit itinere, quæ intentia præ cæteris inuigilauit verbo, & operi eius, sola Saluatoris actuum insignia operum opera, mill sua prædicationis genera, inaudita contra mundum, & peccatum, & tatarum zæbulum diuina seueritatis acerrima eloquia, quo eis aut in: erfuit specialius vidit, secretus audiuit, & agnouit, propensus reuincit, & Apostolis, al: uigis Discipulis locupletius edidit, diligenter reuincit, melius in: adit fidelius iradidit: hinc est, quod de ea legitur in Euangelio: Maria autem*

**Luc. 2.**

*conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Hæc in eius laudibus legitur: Multa filia congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersa licet enim in parabolis loqueretur ad turbas, licet omnia Apostolis nota faceret ut amicis, quædam tamen credendum est præ cæteris matrem suam, quemadmodum dilexisset, uacillam propensius et ualuisse, quædam ei secretius intinuisse, frequenter eam ad montem myrrha. & ad colles iherus sublimasse, in cellam unariam occultasse, suis preuenouit, & uoluit gloriam Desicam. & super celestem reuelasse nouitiam: unde Ioannes in Apocalypsi, De throno aut procedebant fulgura, voces, & contrua, quia Mater filij Iesu Christi parabolis, & nigmata legalia, & mirifica gesta, acta, opera audiuit ebibit, fidelius credidit, sincerius, luculentiusq; alijs edidit. hæc tenus Bernardus.*

*Et quidem ex sacra Euangeliorum histotia Maria fati hoc constat, quare laborum. & in eom modorum omnium, quæ Christus Dominus in toto uite sue cursu pro humani generis salute subire dignatus est, ipsa in primis particeps fuit: etenim simulatq; ue in uirginis uteri sui claustris eum excepit, nihil itineis labore retardata est, quo minus ad montana abiret cum destinatione, ut Ioannes adhuc in utero matris existens ab originali labe expiaretur; deinde Bethlehem uenit, ut illic cum Ioseph sponso profiteretur, ibi in summa rerum omnium egeitate, illum peperit, pannis inuoluit, reclinauit in præsepio, ab ubere de celo pleno lactauit: deinde in eius circumcissione sanguini, & lacrymis infantuli intumè compatiata est: à Magis, qui cum muneribus ex Oriente, stella duce, aduenerant, una cum filio inuenta est, eundem quadragesimo die detulit ad Templum, deditq; hostiam secundum legem (quæ quidem erat pauperum oblatio) par taurum, aut duos pullos columbarum, tunc à Simeone viro iusto suam animam gladio transfigendam audiuit: con: filio etiam in Aegypto plures annos in medio hominumdolorum cultui in primis deditorum exulauit: mox cum filius annum ageret duodecimum, ac Matre inficia remansisset in Templo, dolens studiosè, ac sollicitè eum qua fuit, ac triduo qua situm inuenit: in Templo in medio Doctorum; postmodum simul habitauerunt in Nazareth usque ad trigessimum eius annum, quo quidem tempore prædicationem aggressus est: sed neque tunc eum dimisit; imò in nuptijs Cana Galilæe erat cum filio. & Ioan. 2. Ioan. 2.*

*Cum eodem descendit Capharnaum, ibiq; cum eo mansit: eundem in predicatione prosequutus, ut videre est apud S. Matthæum c. 12. quocirca cum Christus Dominus à ludæis conuictionum, calumniarum, subfannationum, ac maledictorum probriis impetebatur, in Matrem etiam sæpè præsentem suo modo vniuersis redundabant.*

*3. Cæterum cum de corporali Virginis sequela, qua Christum cum viveret, est profecuta, dixerimus, non videtur alienum si quid de euidem charitate subtexamus, qua tanquam glutine ita Deo semper vicina fuit, atque coniuncta; ut peculiari ratione Deo dicere potuerit: Adhæsit anima mea post te, hæc maximè flagrat Virgo sanctissima ab instanti lux immaculatae Conceptionis, quæ iugiter actibus mentioris insignibus, usque frequentissimis incrementum capiens, in immensum excreuit. Et quidem charitas virtutum regina, per aurum metallorum pretiosissimum & per ignem elementorum nobilissimum, calidissimum, & actuosissimum; & per solem planetarum præstantissimum, qui omnibus astris lucem impertitur (quo Apoc. 12. hæc beatissima Mulier amicta dicitur) significari solet; hunc est quod huiusmodi, & aliis symbolis Virginis charitas exprimitur: Candelabrum Templi aureum, in quo septem erant lucernæ oleo instructæ, & ardentes Exod. 25. tum ratione tutulantis auri; tum ratione ignis flagrantis Virginis charitatem septem donis sancti Spiritus præclarissimis instructam, & oleo diuinæ gratiæ in singulis repletam adumbrabat; quæ non solum obsequium Deo exhiberet, sed etiam proximis exemplo, & doctrina prælucebat: quin etiam sicut aurum electum in igne magis probatur; ita charitas Deiparæ in tribulationibus, & præfluris ne minimum quidem retardabatur, sed indes illustrior euadebat; de qua merito Cant. 8. *Aque multa non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruant illam*, poterat enim ipsa verissime illud Apostoli ad Rom. 8. *vsurpare: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, &c.* Quare Patres eam candelabrum templi aureum vocant, ita Epiphanius oratione de B. Virgine, & Georgius Nicomedensis oratione de oblatio. Viig. Damascenus verò orat. 1. de dormit. eam vocat Candelabrum, ex quo lumen illud sempiternum,*

& inaccessum prodiit: ideo Ephrem de laudibus Virgin. Lucernam eam vocat clarissimam, & Andreas Cretensis oratione in Annunciatione Virginis: *Benedicta, inquit, tu inter mulieres, quam Zacharias vir diuinitissimus aureum seu candelabrum septem vidit lychnis ornatum, nimirum septem illis sancti Spiritus donis clarum, & lucidum, hæc Andreas.*

Ephrem.  
Andr.  
Cret.  
Zach. 4.

4. Quare Virginis charitati flagrantissimæ illud Cant. 8. iure quidem optimo accommodari potest: *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio: Lampades eius lampades ignis, atque flammaram: opera enim Virginis, seu cor ipsius Virginis (vtrumque enim per lampades intelligere possumus) dilectionis igne maximo ardebant, flammæ euomebant, splendoremque foras mittebant, illo nempe igne accensa, quem Dominus Iesus eius filius misit in terram, & voluit vehementer accendi; non quales lampades extinctæ, oleoque defectæ in virginibus fatuis inuentæ sunt; sed quales habuisse describuntur prudentes virgines obuiam sponso exeuntes: huiusmodi lampadibus præ reliquis virginibus maxime ornatis, Virginum omnium prudentissima in Abigail 1. Reg. 25. prudentissima pariter, & speciosa præfigurata, Christo filio, & sponso occurrit. Ideo ex Bernardo sermone 2. de Assumptione, de Deipara dicitur illud Prouerb. 31. *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* & Cyrillus homil. contra Nestorium Deiparam vocat lampadem inextinguibilem.*

Cant. 8.  
Charitas  
Virginis  
fortissima

Luc. 12.

Mat. 25.

1. Reg. 25.

Bernard.

Prouer. 31

Hanc Virginis charitatem eximiam significauit etiam Exo. 25. aurum mundissimum, quo iussus est Moyse de aurare arcam intus, & foris, & aurum illud præcipuè, quo 3. Reg. 10. Thronus Salomonis eburneus (in quo, ut diximus cap. 2. sanctissima Virgo describitur) conuersus erat, quod non commune aurum, sed saluum nimis dicitur. Hanc etiam Virginis charitatem significabat coccum illud non semel, sed bis tinctum, ad rubrum colorem magis exprimendum, cuius frequentissimus erat vius in cortinis Tabernaculi, & vestibus Sacerdotum Exod. 25. & alibi sæpè, eandem etiam indicabat mulier illa amicta sole planetarum nobilissimo, & maximè omnia calefaciente. Quare Bernardus sermone Signum magnum. *Candidissimus, inquit, sed et calidissimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata*

Exod. 25,

3. Reg. 10

Marsacha

ritas præ-

clarissima

Exod. 26.

Bernard.

*noscuntur, ut nihil in ea, non dico tenebrosam, sed obscuram saltem, vel minus lucidam, sed ne tepidum quidem aliquid, aut non ferventissimū*

**S. Bernard** *licent significari. & S. Bernardinus Senensis 10. 2. sermone 51. art. 1. cap. 2. Mens Virginis, inquit, in ardore dilectionis continuè tenebatur.*

**Psal. 44.** Sed quid mirum hanc Reginam à dextris Regis attitisse in vestitu deaurato Psalm. 44. charitate scilicet ornatam, cum in eodem psalmo fimbriæ vestimenti eius dicantur aureæ: fimbriæ porro sunt extrema pars vestis iuxta terram, quæ in Virgine nulla terrena macula inquinatæ, sed aureæ erant, quia non solum in magnis operibus, quæ ex se spiritalia sunt, cuiusmodi sunt oratio, contemplatio, &c. Dei paræ charitas tanquam in vestitu deaurato fulgebat; sed etiam minora opera, quæ corporis necessitati deseruiunt, cuiusmodi sunt cibum capere, dormire, manibus laborare etiam pariter aurea, plenissima scilicet perfectæ charitatis, & ab omni terrena rerum studio vacua iuxta illud Apostoli

**1. Cor. 10.** *1. Cor. 10. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite, quod egregiè de Virgine aduertit S. Antoninus 3. par. tit. 31. cap. 3.*

**S. Antonin** *3. par. tit. 31. cap. 3.*

**Triplex** *5. Verùm triplicem amorem Virginis erga filium omni sapientiæ, & virtutibus ornatum considerare possumus, naturalem scilicet, acquisitum, & supernaturalem, quemadmodum adnotauit S. Antoninus 4. par. tit. 15. cap. 21. §. 14.*

**amor Vir-** *Et naturalis quidem erat maximus: etenim amor parentum in filios talis, tantusque esse solet, ut S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 9. ex sententia Aristotelis in 8. Ethic. cap. 12. dicat, hominem quamuis ratione obiecti magis debeat diligere parentes, ratione tamen sui naturaliter magis diligere filium, quippe sibi coniunctiorem, & veluti partem sui. hinc factum est, ut Deus optimus eximium, quo suos complectitur, amorem, matris comparatione explicat in Isa. 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteris sui? & si illa obliuiscit, ego tamen non obliuiscar tuam eademque metaphora delictarum, quibus nos pascit, suauitatem Isa. 66. illis verbis, expressit: Ad ubera portabimini, perinde ac si diceret, veluti mater vos pascam, & enutriam, ac terrenum viræ mortalis iter quasi maternis in vlnis infantium more portati, nullo vestro labore, maxima cum volu-*

ptate conficietis. Hunc etiam amorem naturæ vel ipsi animantibus rationis expectibus erga suos foetus adeo vehementer indigit, ut ad eos alendos, educandos, ab omni iniuria tuendos, & si fortè abducti fuerint, recuperandos, nihil non suscipiant laboris, nihil non aggrediantur: quin etiam ea de causa ferociiores effectæ, vel aperto mortis discrimini sese obicere non vereantur. Nam ex iis, propter quæ bruta inter se quoadquæ dimicant, vnum illud est, ut prolem suam defendant. Narrat Albertus Magnus lib. 8. de animal. cap. 2. vbi de hoc agit, Coruum abba, qui ex Apuleio ab Ethnicis Appollini erat dicatus, Miluum interficere solebat, is enim dum corui pullos ex nido conatur abripere, à coruo tamen viribus impari, deprehensus vagibus, & rostro interficitur. Idem etiam scribit, Turturum pro-pullis morti se exponere contra autem quandam rapacem ex genere Milui parui quem latine aut appellari Glanem, cui dum rapere conatur Turturis pullos è nido, Turtur fortiter obstitit, & accidit interdum, ut in eo certamine ab aue illa rapacissima concideret. Omnium sermone conteritur illud de Pellicano, quod ex aliorum sententia S. August. Pal. 101. & S. Gregorius in eundem psalmum referunt, qui seipsum grauius vulnerat, ut extinctos pullos sanguine suo perfusus in vitam reuocet. Quare Deus Osee 13. iustitiæ suæ seueritatem contra peccatores sceleribus obstrictos hac similitudine declarat: Occurram eis quasi Vrsi rapis catulis, & dirumpam interiora rectoris eorum. Ad hæc Aristoteles lib. 9. Ethic. cap. 7 quem citat S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 10 in 2. argum. & sequitur idem S. Thomas in illum locum Ethicorum. Matres, inquit, magis sunt amantes filiorum, quam patres, laboriosior enim est generatio matrum, & magis sciunt qui ipsarum sunt filii, quam patres. sic ille. Quæ cum ita sint, rectè colligimus amorem Deiparæ Matris erga filium, quem genuerat, lactauerat, & multis laboribus enutrierat, existisse maximum, quippe cuius natu a nobilissima, & optimè constituta nullis prauis, vel priuatis cupiditatibus retardata, suo pondere erga eiusmodi filium ardentissime ferebatur. Quare S. Bernardinus Senensis tom. 3. serm. 2. de glor. nom. Mariæ art. 1. cap. 2. agens de amore naturali Virginis ad Christum: Similitudo, inquit, & propinquitas est cau-

**Eccles. 19.** *Ja naturalis amoris: unde Eccles. 13. scriptum est: Omne animal diligit sibi simile, & sic omnis homo proximum sibi similem, profecto inter filium, & quamcumq; aliam matrem tanta propinquitas, & similitudo non fuit, quia Christus totus fuit de sola substantia matris, gatur inter nullos tam a dilectio, hæc S. Bernardinus.*

**6.** Quod si de Virginis Deiparæ erga Christum amore, ut vocant acquisito, quatenus à charitate, quæ est virtus theologica, distinguitur, agamus, quamvis ad nonnullos illius actus præclarioris auxilium Dei speciale requiratur, sanè & hic extitit summus, cum ea quæ Virginem sanctissimam ad eiuſmodi filium diligendum permouebant, maxima planè fuerint: & ut prætereamus in præsentia rationem, qua Christus ut Deus diligibilis est ex charitate supernaturali, de qua infra, certè quod spectat ad bona tum animi, tum corporis, quæ honestissimum amorem inter homines conciliare solent, ea in Christo cumulatissimè inueniebantur, ac Matrì suæ optimè cognita erant, atque perspecta, ideoque atq; Altissimo amoris vinculo ei iungebatur, Nam animo sapientissimus, sanctitate maximè conspicuus, optimis mbrum ornamentis præditus, matrì vsq; ad eò obsequentissimus, ut tamen si Deus esset, & vniuersorum Dominus, cui Angeli famulantur omnes, non matrì tantum, sed propter matrèm etiam Ioseph fabrico matrìs sponſo subditus esse non dedignaretur.

**7.** Iam corpore ex psal. 44. *Speciosus forma fuit præ filiis hominum: quæ quidem verba, & si de pulchritudine diuinitatis intelligantur à Basilio in illum psalmum, à Cyrillo lib. 5. super cap. 112. 13. & à Gregorio, alijsq; de pulchritudine gratiæ, Sanctus tamen Chrysoſtomus hom. 18. in Matth. Augustinus item, & Cassiodorus in eundem psalmum de pulchritudine corporis explicant: & certè Christum fuisse forma pulcherrimum astrouit Ambrosius libr. 1. de Virg. Hieronymus lib. 1. in Matth. Bernardus ferm. 1. in festo omnium Sanctorum: præterea Matrì erat facie quàm simillimus, complexionem item, ut cap. 5 diximus; præditus sanguinea, quæ hominem alijs magis amabilem, eumq; magis ad alios amandum promptum reddit. Quare iure optimo Cant. 5. vbi sub sponsæ typo Deipara Christi pulchritudinem per singula membra describens, eiuſque colorem, caput, comas, ocu-*

los, genas, labia, ventrem, crura, & guttur, exquisitis similitudinibus commendans, concludit tandem dilectum suum totum esse desiderabilem, ac si diceret, & animo, & corpore longè amabilissimum. Non me latet huiusmodi membrorum commendatione spiritua-lem Christi pulchritudinem nobis significatam. Nam quemadmodum ex Ambrosio lib. 4. de Virgin. in Deipara ipsa corporis species simulacrum fuit sanctitatis, & figura probitatis, ita & membrorum Christi pulchritudo specimen interioris pulchritudinis nobis exhibebat.

**8.** Ad hæc, maternum erga filios amorem multa, ut satis patet, accendere solent, si nimirum filius sit vnicus; si diu, multumq; desideratus; & precibus enixè à Deo impetratus; si multorum honorum hæres; si eius consuetudo temporis præsertim diuturnitate roborata, iucundissima sit; si vicissim à filio mater ipsa vnice diligatur. At hæc omnia Deiparæ erga filium amorem acquisitum mirificè augebant; Christus enim vnicus genitrici suæ à toto terrarum orbe, per tot annorum spatia summis votis, ac precibus expectatus, & concupitus, ut propterea Gen. 49. *Desiderium collium aternorum, & Abac. 2. Cunctis genibus desideratus* appelletur, quem Pater Heb. 1. *Constituit heredem vniuersorum*, de quo Gabriel Angelus ad Virginem: *Dabit ei Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis*, cuius erat consuetudo dulcissima, quam Deipara tot annos gustauerat suauissimè, Christi eò quod exemplo Apostoli Petri confirmatur, *suetudo qui Christi consuetudinem tantisper ex dulcissima pertus in ea verba prorupit Ioan. 6. Ad quem ibimus? verba vita aeterna habes*, de Christo enim quatenus homo est dici potest id, quod de diuina Sapientia pronunciat Sapient. 8. *Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec taedium conuictus illius, sed lætitiã, & gaudium.* Nullus denique filius matrem ita dilexit, & coluit suam, tot, tantaq; matrì contulit beneficia, tantaq; pro ea sustinuit, sicut pro matrè sua Christus.

Neque tantum Deipara filium amore summo complectebatur, verum etiam maxima cum Christo eidem cum illo amicitia intercessit; siue humana amicitia, ut Theologi dicunt, virtuosa maxima, peculiaris sit virtus ab alijs distincta, quod Henrico Gandauenſi quod l. 10. q. 12. & Pa-

Ambros.

Virginia erga Christum amor flagrantissimus.

Gen. 46. Abac. 2. Hebr. 1. Luc. 1.

Christi eò quod exemplo Apostoli Petri confirmatur, suetudo qui Christi consuetudinem tantisper ex dulcissima pertus in ea verba prorupit Ioan. 6.

Sap. 8

Deipara cum Christo eidem cum illo amicitia intercessit; siue humana amicitia, ut Theologi dicunt, virtuosa maxima, peculiaris sit virtus ab alijs distincta, quod Henrico Gandauenſi quod l. 10. q. 12. & Pa-

**Paludan.** ludano in 2. dist. 27. q. 1. placet, siue fundetur in aliis virtutibus, in quod propendet S. Thom. Thomas 2. p. q. 23. art. 2. ad 1. eumque sequuntur Caietan. & Capreolus 3. sent. dist. 27. q. vnic. inter parentem verò, & filium amicitiam propriè consistere posse docet **Aristot.** Aristoteles 8. ethic. cap. 7. & 14. & 9. ethic. cap. 1. neque h'c agimus de ea amicitia ad Deum, quæ ex D. Thoma 2. p. q. 23. art. 1. in charitate supernaturali continetur, de qua mox dicemus; sed de amicitia, ut ita dicam, acquisita. Quæ verò ad huiusmodi amicitiam constituendam requirit Aristoteles in 8. ethic. quem refert S. Thomas loco allegato, ea fere numerantur, ut nimirum si amor benevolentia erga rem amatam, quæ eorum bonum velimus, sitque amor mutuos, fundatus super aliquam communicationem bonorum, ut pote in communione sanguinis, cuiusmodi est inter consanguineos, vel in communione virtutis, qualis est inter viros probos, denique ut amor mutuos utriusque amico sit cognitus, est enim amicitia (inquit Aristot. 8. ethic. cap. 4.) *Redamatio non latens.* At verò hæc omnia in Deiparæ cum filio amicitia plenissimè extitisse ex iis, quæ toto hoc capite à nobis differuntur, perspicuè apparet.

**Amori nō plus iusto indulgentium siue naturalis siue acquisitio.** 9. Illud verò silentio præter eundem non est; in hac dilectione, & amicitia, tum naturalis, tum etiam acquisita, qua parentes erga filios afficiuntur, illud eis magnopere curandum esse, ne plus iusto huic amori, & amicitia indulgentes rectæ rationis fines transgrediantur, & diuino amori filiorum præponatur, vel opponatur, vel propter eos nimium animo discruciemur, & à rebus spiritualibus auocemur, quod nonnullis infelicitè euenire solet, ut propterea Christus Dominus Luc. 14. *Si quis non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, &c. non potest meus esse discipulus,* & de amicis in veteri proverbio habemus, *Amicus vsque ad aras.* Quare intersipientissimi Pythagoræ monita, & hoc recenseatur, *Arctum annulum ne gestato,* hoc est, ne erga eos, quibuscum agis, nimius sit amor, qui te angat, & excruciet. At Virgini beatissimæ hoc neutiquam timendum erat, cum eius in filium amor non eam à Deo auelleret, sed quantumcunque exerceceret, magis, magisque ipsam cum eo coniungeret, cum enim filium amabat, Deum suum diligebat, nec poterat tantum

eum diligere, quin maiori dilectione dignus esset.

10. Supernaturalis denique amor charitatis, quæ est virtus theologica, longè superat quemcunque amorè naturalem, vel acquisitum, cum nullus parens pro filio ea fecerit, vel passus sit, quæ Martyres, & sancti Confessores hac charitate supernaturali incensi pro Christo passi sunt, vel fecerunt, ut videre est in Abraham, qui vnguentum suum Isaac Dei iussu in holocaustum eidem offerre volebat, & in Matre septem Machabæorum, quæ cap. 3. fortiter eos hortabatur ad vitam pro Deo lege ponendam, & in innumerabili Martyrum, ea Confessorum multitudine, qui omni tormentorum genere superiores extiterunt, vel sua omnia ut stercorea arbutantes nudi nudum Christum sunt secuti.

Hæc porro charitas in Deipara erga Christum omnino erat immensa, charitas enim respondet gratiæ, qua Virgo plena erat, & superplena, de cuius magnitudine in superioribus fusè egimus, ideo etiam charitate supernaturaliter plenissima, ut propterea meritò affectus illi castissimi amoris sponsæ erga Christum sponsum, qui in Canticis describuntur, præcipuè Virgini sanctissimæ applicentur, ut puta Cant. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, inter vbera mea commorabatur;* quæ significat, omnibus contemptis, illi soli viuo, & in intimis mei pectoris penetralibus collocari, & Cant. 3. *Dilectio dilectio, quia amore languet,* & id genus reliqua, vel elogia; vel præconia innumerabilia, quæ in Canticis, Psalmis, aliisque sacrarum literarum libris leguntur. Quod si ex persona seruorum Dei Augustinus lib. 9. confess. cap. 1. dixit, *Sagittaueras tu Domine cor nostrum charitate tua,* Quid de Matre Deidicendum erit? audiamus Bernardum serm. 29. in Cant. *Sagitta electa est amor Christi, quæ Maria animam non modo confixit, sed etiam pertransiuit, ut nullam in pectore virginis particulam amore vacuum relinqueret, sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, & esset gratia plena,* hæc Bernardus & Hugo de sancto Victore, cuius verba refert S. Thomas opusc. 3. *Quia in corde Virginis amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideo in carne mirabilis faciebat, in tantum quod de ea nasceretur Deus, & homo.* Luc. 1. *Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.* sic Hugo apud S. Thomam. *Quod si diligentius perscrutemur*

Virgini supernaturalis in filium amor immensus. Gen. 21.  
2. Machy.  
Cant. 2.  
Cant. 3.  
Augustin.  
Bernard.  
Hugo  
S. Thom.  
Luc. 1.  
Virgini

in filium  
suaritatis  
multa un-  
tribant.

Primò qua-  
Christi in-  
finita bo-  
nitat.

D. Thom.  
Secundo  
quia Chri-  
stus etiam  
in homo-  
erat omni  
amore di-  
gnissimus.  
D. Thom.

Anselmus

S. Bernar-  
dus.

Tertio, qua-  
sumus in  
suo bono.

mur ea, quæ Virginis animam ad eximium erga filium amoris ardorem inflammabant, invenimus septem præcipuè capita, quæ hanc dilectionis flammam nutriebant, ac mirum in modum propagabant.

Secundò, cùm charitas supernaturalis ex D. Thoma 2. p. q. 25. art. 1. non solum ad dilectionem Dei, sed etiam proximis se extendat, idcirco Deiparæ charitas ad filium ardentissimè ferebatur, non solum qua Deus, sed etiam qua homo erat, & quo ad animam, & quo ad corpus, præsertim quæ a humanitas illa sanctissima Verbo erat hypostaticè unita, quod singulare erat dilectionis incentivum: quod si ex D. Thoma 2. p. q. 26. art. 6. ad 4. proximi, qui majori bonitate pollent, magis sunt diligendi ex charitate propter majorem propinquitatem cum Deo; quanta charitate diligenduserat Christus, qui ut homo omni gratia, sapientia, reliquis, virtutibus, quæ eum omni ex parte amore dignissimum redderent, cumulatissimè erat ornatus: hinc est, ut beatissima eius mater, quæ hæc omnia probè noverat, immenso eum amore prosequeretur. Quate Anselmus de excell. Virg. cap. 4. Ex amore, quo se amant bonus filius, & bona mater, aliquatenus, inquit ipse sentimus, si quomodo consequere valeamus amorem huius bonæ matris erga verè bonum, & unum cum filium suum, & istius boni filii sui erga verè bonam, & dulcissimam matrem suam. ita Anselmus. S. Bernardus tom. 3. serm. 2. de glorioso nomine Mariæ artic. 1. cap. 3. In Christo, inquit, fuerunt omnes conditiones, propter quas mater amat filium, & habuit eas in summo: erat quippe Dominus Iesus Christus præ cæteris omnibus potentior, sapientior, generosior, formosior, atque melior; quæ omnia elegantè ex sacris literis explicat, & confirmat.

omni dilectione dignum; verum etiam ut suum insignem beneficium, à quo innumera, & animæ, & corporis beneficia creationis nimirum, redemptionis, & similia acceperat, quæ tametsi communia sibi essent cum alijs, in iisdem tamen divino munere reliquis se præcellere, ac præstantiori quadam ratione se illorum ab eodem filio participem esse factam agnoscebat. Hinc Bernardus ser. 4. de *Bernard.*  
Aump. Cæteras quoque virtutes, inquit, singularates profusus invenies in Marta, qua videbatur esse communis. Nam si S. Paulus præclarissimus Christi Apostolus in eundem Christum, cui se multis nominibus ad eum debere profitebatur, tanto amore exarserat, ut constanter affereret ad Rom. 8. Nullus creatura *Rom. 8.*  
vi, aique conatus posse se ab ejus charitate separari, quin etiam ad Philipp. 2. Propter eminentem scientiam Iesu Christi omnia existimabas detrimentum esse, & omnia arbitrabatur in stercore, ut Christum lucrifaceres. cujus rationem reddit ad Galat. 2. In fide, inquit, vincto filij Dei, *Galat. 2.*  
qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Quanto ergo majori Christi charitate flagrabat Deipara, quæ hæc filij beneficia diligentiori examine perpendebat, & ut de uno, vel altero exemplum afferam, agnoscebat enim non solum se à Deo creatam, verum etiam in ipsa creatione pluribus, majoribusque donis, ac prærogatiis, quam ulla pura creatura, & his quidem in præcellenti gradu cumulatam, Participatione redemptam se quidem à Christo noverat, attamen nobiliori modo, quam alij, quippe quæ ab omni mortalis, venialis, & originalis peccati labe præservata, torquæ bonis per hanc redemptionem exornata fuerat. Quocirca in suo Cantico Deum communem totius humani generis salvatorem propter singulares in eo ipso redemptionis beneficio prærogatiuas, suam peculiarem appellare non dubitat. Et exultavit spiritus meus in Deo Salutari meo; non tantum quod redemptionis beneficium, ac si in se unam esset collatum, magnificeret (id quod Chrysostomus in verba illa citata ad Galat. 2. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me exemplo Pauli ab omnibus faciendum esse animadvertit: *Chrysostr.*  
Vnusquisque enim nostrum non minus, inquit, *Galat. 2.*  
gravius amat Christo, quam si ob ipsum solum advenisset: neque enim recusaturus erat ob unum tantum exhibere dispensationem ita Chrysostomus. Verum etiam singulari iure id poterat *R. 3.*  
De ipa-

scia con-  
solerat.

Bernard.

Rom. 8.

Philipp. 2.

Galat. 2.

L. 16. 1.

Chrysostr.  
Galat. 2.



**Luc. 2.** Deipara prædicare cum nobiliori modo præcæteris omnibus redemptionis beneficium fit consecuta: quare in eodem Cantico rationem suæ exultationis reddidit: *Quia fecit mihi magna qui potens est. Et sanctum nomen eius.*

**Maternitas Christi maximū beneficiū. Cap. 20.** 13. Quartò, hunc Deiparæ erga Christum amore præter beneficia illa, de quibus diximus cum alijs communia, augebant singularia, eaque eximia privilegia, de quibus jam in toto hoc opere, sed præsertim cap. 20. quæ præcæteris in se unam ab eodem Christo munificentissimè collata experiebatur: & (ut reliqua taceam) de maternitate Dei, in qua præcipuè eius dignitas, atque præstantia sita est, quæque veluti radix est, & origo innumerabilium donorum, quæ larga manu in eam sunt congesta, aliquid obiter in medium afferam. Sanè ipsemet filius eam sibi in Matrem delegit, & in tantum dignitatis culmen euectam ijs cumulavit donis, quibus creaturas omnes longo præcederet intervallo: quid ni ergo in eum singulariter præcæteris ardentissimo feratur amor? hoc porro in Virginem beneficium à Christo profectum pulchrè ob oculos ponit illud Prou. 9. *Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem, &c.* quod Bernardus serm. 9. ex paruis sic explicat: *Christus Dei virtus, & Dei sapientia, qui Deus erat, de sinu Patris ad nos veniens edificavit sibi domum, ipsam scilicet Matrem suam Virginem Mariam, in qua septem columnas excidit, ipsam dignum sibi habitaculum in fide, & operibus præparando*

**Prouer. 9. Bernard.** hæc ex Bernardo & psalm. 96. *Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. Ideo Sophronius inquit, facit eam, ut ipse fieret per eam. & Ildesofus serm. 7. de Assumpt. Lacta eum qui talem fecit te, ut ipse fieret in te. quod pulchre expendit Anselmus loco citato, ubi sermonem ad Virginem dirigens: Et tu, inquit, o beatissima feminarum, in quam fluxit tam copiosa, & supereminens gratia omnium gratiarum, quid enim animi, quæso geres ad eum, qui tibi hæc magna fecit? unde sicut ipsa dixisti ab omni generatione beata dici meruisti. hæc Anselmus. Qui tandem eo capite concludit in hæc verba. Superat ergo omnes omnium rerum creaturarum amores, Christum & dulcedines magnitudo amoris istius Virginis in superat deos situm suum, & dulcedinis immensitas, quæ exultabat, & liquebat anima eius in eundem Dominum Deum suum. & infra: Quo, vel quali*

**Psalm. 96. Sophron.** *hæc ex Bernardo & psalm. 96. Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. Ideo Sophronius inquit, facit eam, ut ipse fieret per eam. & Ildesofus serm. 7. de Assumpt. Lacta eum qui talem fecit te, ut ipse fieret in te. quod pulchre expendit Anselmus loco citato, ubi sermonem ad Virginem dirigens: Et tu, inquit, o beatissima feminarum, in quam fluxit tam copiosa, & supereminens gratia omnium gratiarum, quid enim animi, quæso geres ad eum, qui tibi hæc magna fecit? unde sicut ipsa dixisti ab omni generatione beata dici meruisti. hæc Anselmus. Qui tandem eo capite concludit in hæc verba. Superat ergo omnes omnium rerum creaturarum amores, Christum & dulcedines magnitudo amoris istius Virginis in superat deos situm suum, & dulcedinis immensitas, quæ exultabat, & liquebat anima eius in eundem Dominum Deum suum. & infra: Quo, vel quali*

**Luc. 2.** *gaudio replebatur tota substantia eius, quædam eum, quem tantopere diligebat quem creatorem, & dominatorem omnium rerum esse sciebat, secum agentem, secum edentem, se quacumque nosse volebat dulces assatus docentem haberet, quis caperet? hæc Anselmus.*

**Amor Vir-** *ginitus in ergo omnes omnium rerum creaturarum amores, Christum & dulcedines magnitudo amoris istius Virginis in superat deos situm suum, & dulcedinis immensitas, quæ exultabat, & liquebat anima eius in eundem Dominum Deum suum. & infra: Quo, vel quali*

*gaudio replebatur tota substantia eius, quædam eum, quem tantopere diligebat quem creatorem, & dominatorem omnium rerum esse sciebat, secum agentem, secum edentem, se quacumque nosse volebat dulces assatus docentem haberet, quis caperet? hæc Anselmus.*

14. Quintò beatissima Virgo præcipua erga Christum Dominum charitate ferebatur non eo iocundum nomine, quo eum suum benefactorem, ac singularem benefactorem, ut diximus, agnoscebat, verum etiam ut eius Mater, & ut ejus vicissim quodammodo benefactrix, cui ipsa aliquid contulerat ex suo, carnem nimirum, ex suis purissimis sanguinibus, quod Deiparæ cordi ad eum infixerat Deus: ut vel ipsum Mariæ nomen id præferret, ac indicaret, si nominis Mariæ etymologiam ab Ambrosio in lib. de Instit. Virg. cap. 5. allatam sequamur: *Vbi speciale inquit, Maria Domini hoc nomen inuenit, quod significat Deus ex genere meo: & ratio quidem maternitatis, si spectemus consanguinitatis vinculum, ad alligandum erga filium a morem magnam habet efficacitatem, quemadmodum supra de amore matrum naturali dicebamus, charitas verò supernaturalis perficit ipsam inclinationem naturalem, teste Valentia 22. disp. 3. q. 4. pun. 5. ut propterea S. Thomas 2. q. 26. ordinem charitatis, quo diuerso ordine proximos diligimus ex naturali inclinatione, & ex Aristotelis doctrina fere colligat, Cæterum dilectionem quam mater quælibet in gratia existens filium charitate supernaturali prosequitur ex S. Thomæ quæst. cit. inuestigamus, is artic. 6. ad 2. cum docuisset eos, qui majori bonitate sunt præditi magis etiam diligendos ex charitate, quam alios minus bonos. Quoniam illi, inquit, sunt Deo propinquiores, in articulo tamen septimo multis rationibus astringit, eos qui nobis sunt propinquiores intentioni affectu ex charitate diligere, quam alios, tametsi probitate meliores, & art. 9. consanguineo propter conjunctionem naturalis originis magis diligendos, quam eos, qui alia civili conjunctione nobiscum communicant, ex quo matris erga filium dilectionis vim intelligimus. Quod si in eadem maternitate non tantum consanguinitatē cum filio, sed etiam beneficentiæ rationem erga eundem attendamus, profectò id etiam amore erga filium misericè conciliat, cum beneficium erga eum, in quem confert beneficium, propensiori dilectione ferri soleat, quam erga eum*

*Mariae ratione consanguinitatis Christi si amantissimum. Ambrosii. Valentia S. Thom. Aristot. S. Thom. Maria de benedictio rem superat Christi amantissimum. Amoris præcipua.*

**S. Thom.** eum, à quo beneficium recipit; quocirca S. Thomas quæst. cit. ait. 9. in corpore, & ad 2. concludit, filium, & si sub ratione principij naturaliter magis diligit patrem; ratione tamen maioris coniunctionis ex Arist. 8. Ethic. 2. Patrem naturaliter magis diligere filium tãquam partem sui, & art. 12. in corpore, & ad 2. ex Arist. 9. Ethic. cap. 7. vult benefactores magis amare eos, in quos beneficium contulerunt, quàm amari ab ijs, licet amor erga benefactorem sit ei magis debitus; sanè Arist. lib. 2. moral. ca. 14. Curnam, inquit, pater filium magis amat, quam filius patrem: virum (vt nonnulli inter multos aiunt) quod pater beneficus erga filium sit, quodque filius de patre benemeritus, & eius factio sit. hæc Aristoteles; qui alijs etiã rationibus id confirmat ibi, & S. Ethic. c. 2. ex quo vulgatum illud axioma manauit: *Amorem magis descendere*; vt propterea ex hoc etiam capite Deiparã in Christum amor non exitum, vt dicebamus, acceperit incrementum.

**Methodius** Quare Methodius ratione in hypapantem Tu admirabilem, inquit, incarnationem, quam aliquando non habuit, Deo mutuaam dedisti. Euge euge Mater Dei, & Ancilla, quæ debituorem illum habes, qui omnibus sub fœnore mutatur, Deo nãq; vnuerſi debemus, tibi verò ipse debet. ita Methodius. Et S. Bernardinus Sennis tom. 3. term. 11. ait. 2. ca. 2. O stupendum, inquit, miraculum, & inaudita alitudoinis fastigium, vt à muliere Dei filius quodammodo recognoscere videatur suum esse humanum. ita S. Bernardus.

**S. Bernar.** 15. Sextò, quia Christus totus erat Virginis, etenim quã homo est patre caret, atque ita Virgo vtromque amorem simul patris, & matris filio debebat; & vicissim Christus amorem, quem filij vtrique parenti debent, exhibet soli matri, quod pulchre Anselmus libro de excellent. Virg. cap. 4. docet: *Amorem, inquit, quem pater, & mater singula debent filio suo, debet hæc felicissima matrum sola filio suo; amorem etiam quem debet filius simul suo patri, & matri, ille filius verè Virginis suæ debet soli matri: nam sicut alij filij nascuntur ex patre, & matre, ita filius eius natus est ex ea sola matre; excedit itaq; omnes amores parentũ in filios, aut filiorũ in parentes amor istius matris in filiũ suũ, & istius filij in matrem suam hæc Anselmus.*

**Amor v-** Septimò, virgo ipsa tota erat Christi, qui erat vnig. ritus: quando enim plures sunt filij, matris amor in plures diuiditur, non sic autẽ in Virgine, cuius filius erat illi vnicus: amor

verò vnici filij magnus esse solet; propterea David 2. Reg. 1. suum in Ionatham amorem exitum vnici filij à matre dilecti similitudine declarat: *Sicut, inquit, mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam.* Quare Plutarchus lib. de amicitia, naturam eius, cui vnica filium dedit, amorem colligere, cui verò plures filios contulit, amorem diuidere: quia verò Virgo mater tota, vt dixi, erat Christi, & Christus totus Virginis, meritò verba illa Cant. 2. vt forpare poterat: *Dilectus meus mihi, & ego illi.*

16. Et hæc satis de septem illis capitibus, quàm veluti septem amoris fontes copiosissimam erant, ex quibus ingens ille charitatis Deiparæ fluuius igneus erga filium magna vi manabat: vel septem erant annuli, quibus arctissimo dilectionis vinculo eidem filio deuinciebatur. Concludam septem horum capitum disputationem illis Bernardi verbis: *Quid mirum si MARIA præ omnibus diligit, quæ est præ omnibus dilectam* nam eadem septem capita, quæ quasi totidem incendia Deiparã sanctissimam ad Christi amorem tantop. r. inflammaban, si proportionem quadam ex parte Christi erga Deiparã fumantur, rationes dici possunt, quibus ille genitricem suam immenso amore iam inde præuenerat, quippe qui in eam, vt in singulare opus suæ omnipotentia, quàm præ cunctis ab æternò præelegerat, suæ thesauros bonitatis effuderat, ac tot, tantisq; beneficijs, ac peculiaribus priuilegijs cumulauerat, vt in ea præ cæteris punis creaturis suæ diuinitatis attributa relucere, quàmque in matrem, ex qua sine viri consortio carnem sumeret, delegerat, & sic de reliquis capitibus philosophari licebit; quæ omnia exitum Christi in eam amorem testabantur.

17. Post ascensionem verò Domini absentia dilecti, quæ in alijs interdum obliuionem gignere solet, Virginem propter exitiam, qua Christum protequebatur, dilectionem nouis amoris lacibus erga dilectum incendebat, quod pulchre Cant. 3. exprimitur, vbi dilectã sponsum non inueniens, absentia eius impatiens, ait: *In lectulo meo per noctes quasuis, quem diligit anima mea, quasuis illum, & non inueni: surgam, & circuibò ciuitatem, per vicos & plateas, quærã quem diligit anima mea: quasuis illum, & non inueni: inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem; Num quem diligit*

2. Reg. 1.  
Plutarch.  
Cant. 2.  
Bernard.  
Summit  
Christi et  
ga matre  
amor.  
Amor quæ  
Iesum B.  
Virgo post  
ascensio. &  
est præse  
entia.  
Cant. 3.

**Cant. 5.** anima mea vidisti? & Cant. 5. Angelis sponsi sodalibus sub nomine filiarum Ierusalem Deiparae sepe inuisentibus, ipsam identidem dicece solitam pie meditari possumus cum

**Guarricus** Guarrico sermone 2. de Assumptione. *Aduro vos filia Ierusalem si inueneris dilectum meum, ut nunciatis et quis amore languet. de quo*

**Sophron.** Sophronius sermone de Assumptione: *Cogitate inquit, & perpendite quantum afficiebatur B. Virgo doloribus post Christi ad caelos ascensum; & considera: quo cruciabatur amore, quo desiderio aestuabat haec Virgo, dum uoluerec animo cuncta, qua audierat, qua uiderat qua cognouerat: quanto indestinenter cremabatur ardore per amoris; quanto mouebatur repleta Spiritu sancto caelestium secretorum incantamentis; quia & si diligebat Christum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente; nouis tamen quotidie inflammabatur praesentia absentis desideriorum affectibus: tanto siquidem ualidius, quanto diuinitus illustrabatur in uisitationibus quam totam repleuerat Spiritus sancti gratia, quam totam intenuerant diuini amor; ita ut in ea nihil esset mundanum quod violaret affectus, sed ardor constantis & ebrietas perfusi amoris eius, qui illius erat, & Dominus, & filius fortassis ergo praesentio amore in loco, quo sepulchrum dicitur habitasse eam credimus, quatenus pijs pasceret inuicem amor obuius, non quod iam uenientem quaereret cum mortuus sed ut suis consolaretur aspectibus. & quem genuerat manus compledebatur amplexibus. Amor Christi desiderium pariebat, desiderium uero gliscens quasi nouis reparabatur ardoribus. hactenus ille. Et Carthulianus serm. 1. de Assumpt. B. Virg. hoc ardens eius desiderium uidendi Christum eleganter explicat: Non sic, inquit, Iacob Patriarcha affici potuit ad uidentum filium suum Ioseph cundum, ac dominantem in Aegypto; quantum afficiebatur piissima mater. & Virgo ad conspiciendum unicum suum filium IESVM gloriosissimum, atque regnantem in caelo, nempe quo intensius, ardentius, incomparabiliusque amauit unigenitum suum secundum uirum, que ipsius naturam, eo praecordialis anhelabat ad facialem eius inuicem, ad immediatam, ac inuicem uisionem, ad beatificam uisionem. praesertim quia eius suauitatem gloriose, ac frequentissime eras experta, per quod ad plenarium gustum accendebatur ualidius, iuxta illud, quod increata sapientia loquitur: Quis edunt me adhuc esuriant.*

**Eccles. 2. 4.** haec Carthul. 18. Quinctiam Deipara sancti-

ssima propter innumerabiles, eosque eximios actus meritorios, a quibus toto uita uae tempore ne momento quidem destitit, ea diuinae charitatis capiebat incrementa, ut eius anima tandem huius amoris aestu, atque magnitudine e corporis vinculis soluta, ad filium, quem intimis cordis uisceribus dilexerat, euolaret; & qua uis nonnullos apud Ambrosium, & Bedam in cap. 2. Luc. & apud Isidorum in lib. de uita, & morte Sanctorum dixisse legamus, B. Virginem martyrio affectam decelsisse; id tamen, quem admodum citati Auctores affirmant, nulla historia, nulla traditione, nullo probabili fundamento inquit; gladius enim, qui eius animam, iuxta Simeonis uaticinium pertransiuit, non pro corporali gladio, sed metaphorice pro acutissimo dolore, quo in Christi passione transfixa fuit, tumendus est, teste Sophronio sermone de Assumpt. & Idem Iunio serm. 2. de Assumpt. Beda in Luc. 2. Damasceno lib. 4. c. 15. Anselmo cap. 5. de excels. Virg. Ruperto in cap. 19. Ioan. Euthymio in cap. 2. Luc. Bernardo sermone Signum magnum Virgo enim, que madmodum cap. 3. diximus, praefigurata est in altari, quod Deut. 27. edificandum iussit de lapidibus, quos ferrum non tetigit; & in Templo Salomonis, in quo malleus, & securus, & omne feramentum non sunt audita cum edificaretur ita cum e uita excederet Deipara, ferrum gladij non eam tetigit. Quare eam nullis tyrannorum tormentis, quin etiam nullo dolore correptam nullo tentatam morbo, sed uiamoris erga Christum eximij ex hac luce migrasse complures grauissimi Patres astruunt, Damascenus orat. 2. de dormit. Piusquam dolorem sensisset, peperit; & abique dolore suis eius quoque ex hac uita excessus. Simeon Metaph. ph. istas oratione de uita Deiparae: Cum rursus, inquit, dixisset, Fiat mihi Domine secundum uerbum tuum, emisit tanquam in formosissimum, & in eum amicis deponit filij manibus. Idem habet Nicephorus lib. 2. hist. cap. 21. Albertus Magnus in suo Marial; Beata Virgo, inquit, pra amore, & sine dolore mortua est. & Carthulianus lib. 4. de laudibus Virg. arti. 3. Ad intuitum, inquit, dilecti filii cum incomparabili aspirauit ardore, diuinarum quoque rerum contemplatione eras profundissime iuncientia ergo pra spiritalis suauitatis affluensissima experientia, & seruenissima dilectione separabatur sine poena a corpore, hoc ipsum exreuelatione

B. Virg. e  
mora si  
ex hac lu  
de migra  
ni.  
Ambros.  
Beda.  
Isidorus.  
Luc. 2.  
Sophron.  
Iunio  
Beda  
Damasc.  
Bernard.  
Deut. 27.  
Damasce  
Metaph.  
Nicepho.  
Alb. Mag.  
Carthul.  
si uult.  
Metaph.  
Metaph.

**3. Brigitta.** tione ipsius Deiparæ apud S Brigittam lib. 6. reuelat. cap. 62. confirmatur: *Parauit*, inquit Deipara. me ad exitum circumiens omnia loca more meo, in quibus filius meus passus fuerat: cumq; quadam die animus meus suspensus esset in admiratione diuina charitatis, tunc anima mea in ipsa contemplatione repleta fuit tanta exultatione, quoad vix se capere poterat, & in ipsa consideratione anima mea à corpore fuit soluta: & sanè quemadmodum Moyses quamuis centum viginti annorum esset, vegetus tamè, & incolumnis, cuius oculus non caligauerat, nec dentes moti erant, iubente Domino Deut. 24. mortuus est: quid ni Deipara similiter nullo morbo confecta obierit, cum hoc mortis genus innocentia ac puritati Deiparæ mirificè congruat, quæ absque libidine concepit, & omni concupiscentiæ motu semper caruit, & ex filij morte longè maiores perpessa fuerat cruciatus.

**19** Quam autem ratione absque morbo vi amoris Deipara obierit, Suarez qui hoc tenet tom. 2. in 3. part. disput. 22. sect. 1. rectè explicat: *Fieri*, inquit, potest, ut mens tanta efficacia, & intensione in his actibus amoris, & ardentissimi desiderij, & altissima contemplationis occupetur, ut veluti distissimas corpus, ita ut paulatim eius dispositiones remittantur, ac deficient, ac tandem ob carnis defectum non possit anima in corpore conseruari. hæc Suarez.

Ad hæc de Deiparæ charitate non interrupta illud affirmat Suarez loco citato sect. 2. eam ne in obitu quidem, cum à via transijt ad patriam charitatis actum intermisisse: sed vel eundem, quem in terra viuens vsque ad mortem liberè exercuit in termino viæ maiori quadam perfectione, & necessitate continuasse; si actus amoris in via, & in patria possunt esse eiusdem rationis: vel si sunt diuersi Deiparam ab actu amoris viæ immediatè absque vlla interapedine transijisse ad actum amoris patriæ: neque enim in obitu corporis dolore, vt diximus, vel sensuum perturbatione impediatur: sed quo magis ad exoptatum terminum accedebat, eò vehementius diuina charitate flagrabat vsque ad primum non esse hominis, vt verbis Philosophorum vtar, in quo Deum videre, eumq; beatifica charitate diligere cæpit. hæc ex Suarez.

**20** Ex his omnibus rectè intelligimus, cur ac Ecclesia Virgini gloriose accomodetur illud, quod de diuina sapientia profertur Ec-

cles. 24. *Ego mater pulchra dilectionis, timoris agnitionis, & sanctæ spei*; quibus verbis trium illarum virtutum, quas theologicas appellant, quæque reliquis præstant, & simul timoris Domini, qui est initium sapientiæ mater exprimitur, quod scilicet ei familiarissimæ fuerint non secus, ac filia cum matre: imò quod eius precibus eas à Deo alijs impetret, atque in alijs illas gignat. Primo autem loco Mater dicitur pulchræ dilectionis, quæ reliquis theologis antecellit; de qua pulchre Bernardus serm. 29. in Cant. vbi cum dixisset amoris sagittam animam Virginis pertransisse, vt nihil in ea amoris vacuum relinqueret. subiungit: *Aut cerid amoris sagitta pertransiuit eam, scilicet animam Virginis, vt veniret amor vsque ad nos, & de plenitudine illi omnes acciperemus, & fieret Mater charitatis, cuius pater est charitas Deus parturiens, & in sole ponens tabernaculum eius, vt scriptura impletur, qua dicit: Dedit in lucem genitum, vt sis salua mea vsque ad extremum terra: hoc enim impletum Isai. 49: est per Mariam, qua in carne visib. lem edidit, quem inuisibilem, nec de carne, nec cum carne suscepit.* ita Bernardus. Huiusmodi porro dilectio, cuius mater Eccles. 24. dicitur *Virgo, pulchra est, seu bona*; Græce enim καλλῆ habetur, quod & bonum, & pulchrum significat: dilectio quia charitas est, quæ pulchram & bonam reddit animam, ita vt ei dici possit illud Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea*, inde enim pulchra, quia amica, solus enim Dei amor, teste Nazianzeno in carmine de virginitate, formosum reddit amantem: tum etiam quia carnis dilectio, quæ deformem reddit animam, iuxta illud Osee 9. *Facti sunt abominabiles sicut ea qua dilexerunt*, procul esse debet ab ijs, qui Virgini sanctissimæ Matri pulchræ dilectionis placere student. *Talis enim quisque est* (inquit Augustinus tract. 2. in epist. Ioan.) *qualis eius dilectio est; terram diligit? terra es, Deum diligit? quid dicam? Deus eris.*

Atque hæc de Virginis in conuictu cum filio vicinitate, eiusdemq; charitate excellenti, qua ei perpetuò & inseparabiliter adhæsit.

\*  
\*

S VIRGI-

Eccles. 24

Bernard.

Psalms. 18.

Eccles. 24.

Cant. 4.

Nazianz.

Osee 9.

Augustin.